AUGUSTINUS
Saint-Amand, Anfang 9. Jh.
Seite 200
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

intus agerentur., Quantum collegitur in narratione marci
Non solum in interioribus. sed etiam in superioribus domus age
bantur., Nam postea quam marcus taliana narrat secutus
ait, Cum esset petrus in atrio deorsum. sicut ergo eo quod
matthaeus ait. Petrus uero sedebat foris in atrio. ostendit quod
illa intus agerentur. sic eo quod dixit marcus., Cum esset petrus
in atrio deorsum ostendit. Non solum in interioribus. sed etiam in
superioribus gesta quae dixerat., Quomodo ergo respexit
petrum dnus faciem corporali. quapropter mihi uidetur illa re
spectio diuinitus facta. ut ei uenire in mentem quotiens iam ne
gasset., Et quid ei dnus praedixisset. atque; ita misericorditer
dno respiciente paenitentia eum., Et salubriter fleta sicut
cotidie dicimus., O ne respice me. et respexit eum dnus.,
Quid ab aliquo periculo uel labore diuina misericordia liberatus. e.
et sicut dictum. e. respice et exaudime., Et conuertere dne libe
ra animam meam., Tacitum arbitror conuersus dnus re
spexit petrum. et recordatus. e petrus uerbi dni., Denique
cum frequentius soleant in narrationibus suis ponere ihm quam
dnm modo lucas dnm posuit dicens., Conuersus dnus respexit
petrum et recordatus. e petrus uerbi dni., Matthaeus autem
et marcus. quia de ista respectione tacuerunt. Non uerbi dni.
sed uerbi hu eum recordatum. ee dixerint., Ut etiam ex hoc in
tellegamus illam respectione alibu. Non humanis oculis. sed di
uinitus factam., Sequitur ergo matthaeus. et dicit. mane autem
facto. consilium inierunt omnes principes sacerdotum
et seniores populi aduersum ihm. ut eum morti traderent.,
Et uinctum adduxerunt eum. et tradiderunt pontio pilato
praeside. marcus similiter. et confestim mane inquid consili
um facientes summi sacerdotes cum senioribus et scribis
et uniuerso concilio. uincientes ihm duxerunt et tradider
pilato., Lucas autem postea quam compleuit narrando
petri negationem. recapitulauit quae cum dno gesta sunt.